PS. EUSEBIUS CREMONENSIS. PS. AUGUSTINUS. PS. CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS. ISIDORUS HISPALENSIS

Salzburg, 1470 Seite 128r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



in tantis criminibus in tam multis iniq-
tatibus. Quod primum plorem. quid primum
plangam Quod lugeam prius. quas lacri-
mas sumam. Non sufficit memoria re-
ferre tantorum criminum gesta. Peccata quoque
mea mihi sensum doloris tulerunt.
hebetudine cordis coagulate sunt lacrime
obriguit animus nullo merore compungi
anima mea in merorem conversa est. ubi es
meroris unda Ubi estis lamenta Re-
dite obsecro moueminini fontes lacrimarum
Aspergite me fletibus fluite super faciem
meam. humectate maxillas meas
genas meas irrigate. Date mihi plan-
ctum amarum. Inter omnes enim corrui gra-
uius. Inter omnes deterius cecidi. omnium impiorum
penas scelere meo vici. Tartarea tormen-
ta vix malis meis sufficiunt. Non est pec-
catum super peccatum meum. Non est iniqui-
tas super iniquitatem meam nequiorem me cunc-
tis peccatoribus penso Comparatione mea nullus
iniquus est. Iuste penas debite infelicitatis
exsoluo. Iuste tantis suppliciis conteror
ex meo peccato in la mihi omnia aduene-
runt. Deus ista in me infligit iusto iudicio
rependitur peccatis meis congrua vicissi-
tudo minus tamen retribuitur mihi quam ipse de-
liqui peccatorum meorum minor vicissitudo

128